



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.59. Michael deponitur. Leo Armenus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. pinione vilia maximi faciebant, utique
 A. C. 813. aptissima ad conservandam humilitatem
 & ad vitæ necessaria comparanda, quin
 Monachi inopia premente sæpe exire co-
 gerentur, quod pietatem minuit, & Spi-
 ritus stabilitatem evertit. Hinc in ipso
 Monasterio ad omnes artes incumbebant.
 Inerant Cæmentarii, Tignarii, Ferrarii,
 Textores, Sutores, Restiarii, qui mani-
 bus laborantes Hymnos Psalmosque can-
 tabant, ita ut sæcularium animi seduli-
 tatem & modestiam eorum conspicien-
 tium ad cœlestia erigerentur. Cuncti
 Monachorum Studiensium Disciplinam
 laudabant. Multi autem eorum perse-
 cutionibus aut quacunque demum oc-
 casione dispersi fundarunt Monasteria,
 quæ a Studiensi & Nomen & Disciplinae
 perfectionem acceperunt.

§. LIX.

*Michael deponitur. Leo Armenus
 Imperator.*

Theoph.p.
 425.

Eodem anno octingentesimo decimo
 tertio Michaele Imperatore bellum in
 Bulgaros movente, & populo Constanti-
 nopolitano ad Ecclesiam Apostolorum
 inter preces publicas cum Nicephoro Pa-
 triarcha procedente Iconoclastæ & Pau-
 liciani, in tanta hominum multitudine
 laten-

latentes, januam Sepulchri Imperatorum, Sæculum IX.
 qui in hac Ecclesia jacebant, nemine ad A. C. 813.
 fraudem advertente, admotis vectibus
 emoverunt, effeceruntque, ut repente &
 ingenti strepitu aperiretur, quo omnes
 crederent, rem non sine miraculo fieri.
 Tum promptissime intrantes coram sar-
 cophago Constantini Copronymi pro-
 strati eum invocare: *Surge, & imperium
 ab interitu vindica.* Mox in vulgus
 sparserunt, eundem a multis conspectum
 fuisse equo vectum exire, contra Bulga-
 ros pugnaturum. A Præfecto Civitatis
 Constantinopolitanæ comprehensi primo
 dixerunt, januam illam nemine manum
 admovente fuisse reclusam; sed in judi-
 cio interrogati dolum confessi sunt,
 priusquam id tormenta exprimerent.
 Hos Præfектus vectibus tundi & per ur-
 bem circumduci jussit, imaginum Cul-
 tum & Monachorum Institutum exe-
 crantes, cum eos potius crimen suum
 abominari oportuisset.

Eodem mense Junio die vigesima se-
 cunda cum Romani † prope Adrianopo- ¶ Græca
 lim in conspectu hostium starent, tanta
 vecordia in fugam effunduntur, ut Crum-
 nus Bulgarorum Rex dolum & insidias
 suspicaretur. Michael Imperator juxta
 ceteros tergum vertit & Constantinopo-
 B b b 3 lim

Sæculum IX. lim contendens tum milites, tum Duces
A. C. 813. furiis omnibus devovebat, cum juramenti
 fide sæpe affirmans, imperium se ab-
 dicaturum. Hujus consilii ab ira & in-
 dignatione suggesti Leonem Patricium
 Natoliæ Præfectum, Successorem deinde
 suum, consciuum fecit, qui primo quidem
 supremam Dignitatem recusavit; cum
 vero a comilitonibus & copiarum Duc-
 bus dignissimus proelamaretur, conser-
 fit, datisque ad Patriarcham litteris, se
 fidem sequi Orthodoxam professus est,
 ipsiusque suffragium petiit. Tunc pu-
 blice Imperator salutatur ab omnibus.
 Quo comperto Michael cum uxore Pro-
 copia & liberis ad Ecclesiam confugit,
 ibique omnes abscissis capillis habitum
 Monasticum induunt, postquam regna-
 set Michael annum unum & menses
 novem. Postera die undecima Julii In-
 dictione sexta nempe anno octingente-
 simo decimo tertio Leo a Nicephoro Pa-
 triarcha in suggestu magnæ Ecclesie Im-
 perator coronatur. Is patre natus erat
 Barda Patricio & origine Armeno, un-
 de nomen hæsit. Nihil eorum, quæ ad
 Civitatem Constantinopolitanam defen-
 dendam necessaria erant, omisit; hinc
 Bulgarorum Rex usque ad portas perve-
 niens eam obsidere non est ausus. Cum
 vero ad colloquium invitatus exploras-
 set,

set, sub amicitiae specie insidias latere & Sæculum IX.
 Leonem sibi necem machinari, perfidiæ A. C. 813.
 furiose indignans recessit, Ecclesiæ in-
 cendit, totam illam regionem, quæ us-
 que Adrianopolim protenditur vastavit,
 ipsamque urbem obsedit & cepit.

Incolas omnes captivos in Bulgariam *Boll. 22.*
abstraxit Crumnus, atque inter alios Ma- *Jan. 10. 28*
nuelem Archiepiscopum, qui exilii tem- *441.*
pus in lucrum animarum impendens, a
fratribus captivis adjutus permultos
Bulgaros ad fidem Christianam conver-
tit. Verum Crumno Rege sublato ejus
Successor Christiana Sacra perosus Ar-
chiepiscopum Manuelem, prius manibus
ab humeris amputatis, mox per medium
gladio dissectum feris devorandum pro-
jectit. Georgium Archiepiscopum De-
boltenum, aliumque Episcopum nomi-
ne Petrum prius crudelissime dilaniatos
securi percuti jussit. Leonem Episco-
pum Nicenum fisco ventre interfici &
Presbyterum Parode lapidibus obrui im-
peravit. Ipsò mandante Leo & Joannes
Tribuni, atque etiam Gabriel & Sio-
nius capite truncati. Trecenti septua-
ginta septem Christiani in hac persecu-
tione, quod Fidem Christianam abjicere
noluerint, interempti traduntur, quos
Ecclesia Græca omnes velut Martyres

B b b 4 vigesi-

Baculum IX. vigesima secunda Januarii solito honore
A.C. 813. prosequitur.

§. LX.

S. Theophanis initia.

*H*ic, videlicet, Leone coronato & capta Adrianopoli Civitate Theophanes Historiae suæ finem imposuit, qui Constantinopoli parentibus piissimis & opulentis natus erat. Patre ipsius tempore quo præfecturam Archipelagi gerebat, fatis functo, mater pueri curam sola suscepit, & vix duodennem compulit, ut puellæ prædiviti matrimonium promitteret. Theodora quoque defuncta, cum Theophanes amplissimi matrimonii Dominus esset, instantे socero nuptias quidem celebravit, sed persuasit sponsæ, ut ad servandam in conjugio continentiam consentiret, quippe Theophanes cuiusdam familiaris sui hortatu excitatus dudum vitæ Monasticæ desiderio tenebatur. Porro re ista offensus sacer (nam viro sagacissimo suboleverat Theophanis propositum) Leonem Imperatorem, Copronymi filium, adiit, & insuam facile pertraxit sententiam. Is ut juvenem ab amore solitudinis Monasticæ abstraheret, Cyzicum misit, jussitque illam Civitatem vallis & propugnaculis munire

*Bott. 12.
Mart. 10. 7.
p. 213.*